



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Eustorgio ep[iscop]o. Cap[itulum]. xlv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

deus constitutus inter concupisios legis transgressores iudicauit: et precipue quosdam de tribu dan et gad qui in deum committerent impietatis legis persequendo custodes et fecit: ut dicit epiphanius contra eos prodigium magni: quia filii eorum et vniuersa pecora a serpentibus perierunt. Et predixit: quod tribus ille non reuerteretur ad propria: sed in medie regionibus remaneret. Ob hoc exacerbari distraherunt eum equis per crepidines saporum: et excerebrauerunt eum. Depeliceruntque eum in sepulchro sem et arphazath in spelunca duplici. iiii. idus aprilis. Hec hieronymus et iosephus et ex historia scholastica atque ex chronica gualelmi.

De sanctis pluribus martyribus. Cap. xlii.



Martyres plurimi

runt illi: qui cum sancto alexandro papa in eodem carcere tenebantur inclusi sub custodia quirini tribuniti: de quo supra actum est. iij. kalen. aprilis. Qui cum vidissent qualiter sanctus alexander papa quirini filiam a gibbo sanasset: et verba eius predicationis audissent: omnes ad christum conuersi sunt: et a sanctis presbyteris euentio et theodoro baptizati: et ab eodem pontifice confirmati. Et cum quirinus eis carcerem aperuisset: ut abiret soluti: noluerunt abire: martyrii gloria expectantes. Postquam autem aetlianus princeps quirinum tribunum martyrizari fecit: et hos omnes christianos effectos cognouit: vetuste nauis impositos in altum mare deduci iussit: et illic ligatis ad colla lapidibus in profundum demergi. Qui passi sunt. iij. id. aprilis.

De sancto apollonio presbytero et martyre et socijs martyribus. Cap. xliii.



Apollonius presbyter

ter et martyr: ut ait hieronymus in vitis patrum: dum vitam magnificam sanctitatis inter monachos egisset: et sacerdos ordinatus esset: persecutionis tempore christianos circueiens hortabatur. Qui tentus a paganis et in carcerem missus a quodam philemone custode maximis conuictis exprobrabatur. Quem tandem apollonius exemplo sue mirabilis patientie ad christum conuertit. Dum autem philemon coram populo et iudice se christianum esse clamaret: multis ab eo tormentis et aetatus est. Cum vero deceptorum huius apollonium didicisset: ipsum coram se ductum una cum philemone ignibus tradi iubet. Sed flamma illos in modum clibant circumdante nubes rosida de celo veniens ignem extinxit: et uterque omnino illesus exiit. Quo miraculo iudex cum multis de populo crediderunt. Hoc autem dum alexandric prefectus audisset apollonium et philemonem ac omnes christianos effectos in profundo maris demergi fecit: quod sanctis illis baptis-

mum fidei reportauit. Qui passi sunt. iij. idus aprilis. Quorum omnium corpora ab vndis ad littus deiecta a christianis alexandric digno sunt honore tumulata: ubi multis miraculis clarer.

De sancto philippo episcopo creten. Cap. xliii.



Philippus episcopus

pus creten. vrbis corint. Cuius meminit dionysius in epistola sua: quam scripsit ad ecclesiam ipsius ciuitatis: insignem aduersus martionem edidit librum magnisque virtutibus et optimis studiis predictus fuit. Fioruit quoque temporibus antonini veri: et lucii aurelii imperatorum. Qui vita et doctrina clarens in ipsa ciuitate: quicquid in christo. iij. idus aprilis.

De sancto eustorgio episcopo. Cap. xliii.



Eustorgius episcopus

natione grecus ab imperatore constantinopolitano legatus ad mediolancenses missus est. Qui tantum gratius extitit ciuibus: ut ipso inde redeunte: cum sedes vacasset ipsum archiepiscopum eligerent. Sed ille incosulto principis electioni noluit consentire. Sicque constantinopolim rediit et imperatori quod factum fuerat nunciauit. Imperator vero gratissimum habuit eumque consecrandum mediolanum remisit. Insuper trium magorum corpora in arca maxima sepulta: dudum de perfide constantinopolim adducta eustorgio pro munere concessit: que sanctus in nauis usque ad portum derulit. Cum autem arcam cum corporibus curru inposuisset: et iunctis pluribus paribus bouum eas trahere non possent: diuina reuelatione due sole iuuenne paupercule mulieris deuote plastro apposite leuissime currum traherent: quarum vnam in itinere lupus occidit. Quorum sanctus episcopus lupo mandauit: ut vice iuuenne mediolanum usque suppleret. Statimque lupus ostendit feritate mensuetus vehiculo se exhibuit et sicurus una cum alia iuuenca mediolanum curru pertraxit ubi sanctorum magorum corpora tumulata quiescerunt usque ad tempus federici imperatoris cognote barbarossa. Quo tempore mediolanum euerso arca dimissa scilicet corpora colonia translati sunt. Sanctus autem eustorgius in pontificem consecratus post laudabilia scitatis opera in domino quiescit mediolani sepultus. iij. idus aprilis.

De sancto iulio papa et pfectore. Cap. xliii.



Iulius papa

et patre rustico marco secundo romano pontifici in christo successit: et sedit annos. xi. menses. ij. dies. viij. Hic constituit ut nullus clericus ad causam in publico ducaf nisi in ecclesia.